Tẽptacõ dyaboli de auaricia.

Vinta temptacio dyaboli
eſt auaricia magis ſeculas
res et carnales īfeſtans que ē
nimia occupacio temporalium
atq3 exteriorum circa vxores ꝛ
amicos carnales ſeu corporales
diuicias atq3 alia que magis
in vita ſua dilexerunt ꝑ quem
dyabolus hominem maxime ve
xat in fine dicens O miſer tu
qui iam relinques omnia bo
na temporalia que ſollicitudini
bus et laboribus maximis ſũt
congregata. eciam vxores pro
les conſanguineos amicos ca=
riſſimos et omnia alia huius
mundi deſiderabilia quorum te
ſocietati adhucītereſſe tibi ma
gnum foret ſolacium ipſis q̊=
q3 magni boni occaſio. Hec et
ſimilia dyabolus homini in ex=
tremis de auaricia preſentat vt
ſic per amorem et cupiditatem
terrenorum auertat amore dei
et propria ſalute. Vnde ſingu
lariter notãdum q̃ maxime ca=
ueri debet ne cuiq̃ morienti ami
ci corporales vxor liberi diuicie
et alia tẽporalia ad memoriã
reducantur niſi inquãtum illud
infirmi ſpiritualis ſanitas poſ=
tulet aut requirat. quia alias
maxime periculoſum eſſet. tam̃
ſic ab hijs que ſpirit9 et ſalutis
ſunt quibus maxime tunc om=
nibus viribus interioribus et
exterioribus intendendum eſt
reuocaretur ad iſta miſeria tẽ
poralia et carnalia tunc cũ ma
xima ſollicitudine a memoria ꝗ
mentẽ remouenda in quibus
certe tunc occupari eſt valde pe
riculoſum

Vt patet in figura ſequente.

Sächsische Landesbibliothek –
Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn321939328/20